UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

3 vtrum sit virtus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

¶ *Super Quæſtionis centeſimęquinquageſimęſecundę. Articulum ſecundum.*

Infra arti. 3. & 4. cor. Et 4. di. 13. q. 3. ar. 2. ad 2. Et 3. cō. ca. 136. Et mal. q. 15. art. 2. ad 13. Et uirt. q. 1. arti. 13. ad 6. Et 2. Eth. le. 2. fi.

IN art. 2. eiuſdem q. in reſponſione ad primū Martinus, ubi ſupra, occurrit dicēs, Nec mihi placet opinio Thomæ dicētis, ꝙ lex iſta tãtum obligat multitudinē: quia credo quòd ꝑ aliquo tempore ſatis longo obligauit vnū quemque multitudine ad multiplicationē generis humani. ¶ Ad hoc dicitur, ꝙ cum de vinculo præcepti alicuius eſt ſermo, oportet ꝙ iudicium feratur ſecūdū id, quod per ſe reſpicit tale præceptū. Inter hæc autem duo naturalia pręcepta. ſ. de alimento ſumendo, & de prole procreanda, manifeſte hæc eſt differētia, ꝙ primum per ſe reſpicit ſingulos hoies: ſecundum autem multitudinem. An aūt ꝑ accidens propter penuriā homin. in aliquo tempore pręceptū hoc obliget ſingulos, quia per accidens eſt, naturā præcepti non variat. Et propterea ēt ſi verū eſſet, ꝙ aliquo tēpore ſinguli tenerētur, adhuc reſponſio, & deciſio authoris in ſua ſoliditate pſtat, formaliter, & per ſe loquendo.

L. 2. cap. 3. a medio: & li. 3. c. 11. to. 5.

Capi. 5. non multum ꝓcul a fi. t. 5.

## ARTICVLVS II.

*Vtrum uirginitas ſit illicita.*

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur, quòd uirginitas ſit illicita. Omne. n. quod contrariatur præcepto legis naturę, eſt illicitum: ſed ſicut pręceptum legis naturæ ad conſeruationem indiuidui eſt, quod tangitur Gen. 2. De omni ligno, qđ eſt in paradiſo comede, ita etiam præceptū legis naturę eſt ad conſeruationem ſpeciei, quod ponitur Gene. 1. Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. ergo ſicut peccaret, qui abſtineret ab omni cibo, utpote faciens cōtra bonum indiuidui: ita etiam peccat, qui omnino abſtinet ab actu generationis, utpote faciens contra bonum ſpeciei.

¶ 2 Præterea. Omne illud, quod recedit à medio virtutis, uidet̄ eſſe uitioſum: ſed uirginitas recedit à medio uirtutis, ab omnib. delectationibus uenereis abſtinens. dicit enim Philoſoph. in 2. Ethic. quòd qui omni uoluptate potitur, neque ab una recedit, intemperatus eſt: qui autem omnes fugit, agreſtis eſt, & inſenſibilis. ergo uirginitas eſt aliquid uitioſum.

¶ 3 Præterea. Pœna non debetur niſi uitio; ſed apud antiquos puniebantur ſecundum leges illi, q ſemper cęlibem uitam ducebāt, ut Maximus Valerius dicit. Vnde & Plato ſecundum Auguſt. * in li. de uera religione, ſacrificaſſe dicitur, ut perpetua eius continentia tanquàm peccatum aboleretur. ergo uirginitas eſt peccatum.

SED CONTRA eſt, quòd nullum peccatum rectè cadit ſub conſilio; ſed uirginitas rectè cadit ſub cōſilio. dicitur enim 1. ad Corinth. 7. De uirginibus autem præceptum Domini non habeo, conſilium autem do. ergo uirginitas non eſt aliquid illicitum.

RESPONDEO dicendum, quòd in humanis actibus illud eſt uitioſum, quod eſt præter rectā rationem. Habet autem hoc recta [d] ratio, ut his, quæ ſunt ad finem, utatur aliquis ſecundum eam menſuram, quæ congruit fini. Eſt autem triplex hominis bonū, ut dicitur in 1. Ethic. Vnum quidē, quod conſiſtit in exterioribus rebus, puta, diuitijs. Aliud autem, quod conſiſtit in bonis corporis. Tertiū autem, quod conſiſtit in bonis animæ, inter quę etiā bona contemplatiuæ uitæ ſunt potiora bonis uitæ actiuæ, ut Philoſoph. probat in 10. Ethico. & Dominus dicit Luc. 10. Maria optimam partē elegit: quorum bonorum exteriora quidem ordinantur ad ea, quæ ſunt corporis: ea uerò, quæ ſunt corporis ad ea, quæ animæ: & ulterius ea, quæ ſunt uitæ actiuæ ad ea, quæ ſunt uitæ contemplatiuæ. Pertinet igitur ad rectitudinē rationis, ut aliquis utatur exterioribus bonis ſecundum eam menſuram, quæ cō

D. 1185.

Lib. 1. c. 4. in fi. tom. 5.

Lib. 10. c. 7. tom. 5.



F petit corpori, & ſimiliter de alijs. ...
ſtineat ab aliquibus poſſidendis, ...
num poſſidere, ut cōſulat ſaluti ...
contemplationi ueritatis, non ...
ſed ſecundum rationem rectam. ...
abſtinet à delectationibus corpora...
uacet contemplationi ueritatis, ...
ctitudinem rationis. Ad hoc autem ...
ab omni delectatione uenerea abſti...
diuinæ contemplationi uacet. Di...
ſtol. 1. ad Corinth 7. Mulier innupta ...
tat quæ Domini ſunt, ut ſit ſancta ...
ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogi...
ſunt, & quomodo placet uiro. Vnde ...
G quòd uirginitas non eſt aliquid ...
tius laudabile.

AD PRIMVM ergo dicēdum, ...
habet rationem debiti, ut ſupra di...
citer autem aliquid eſt debitum. V...
pleatur ab uno; & hoc debitum ...
riri non poteſt. Aliud autem eſt de...
dum à multitudine; & ad tale de...
non tenetur quilibet de multitudine ...
ſunt multitudini neceſſaria, ad quæ ...
non ſufficit; ſed implentur a ...
tunus hoc, alius illud facit. Præcept...
naturę homini datum de comeſtione ...
H quòd ab unoquoque impleatur ...
duum conſeruari non poſſet. Sed ...
tum de generatione reſpicit totam ...
hominum, cui neceſſarium eſt ...
multiplicetur corporaliter, ſed etiā ...
liter proficiat: & ideo ſufficienter ...
manę multitudini, ſi quidam carna...
operam dent, quidam uerò ab hac ...
templationi diuinorum uacent ad ...
generis pulchritudinem, & ſalutem. ...
in exercitu quidam caſtra cuſtodiunt, ...
deferunt, quidam gladijs decertant ...
nia debita ſunt multitudini, ſed ...
non poſſunt.

AD II. dicendum, quòd ille ...
I nibus delectationibus pręter rationem ...
delectationes ſecundum ſe abhorre...
bilis, ſicut agreſtis. Virgo autem ...
ni delectatione, ſed ſolum à delecta...
& ab hac abſtinet ſecundum ratione...
dictum eſt. * Medium autem uirtutis ...
quantitatem, ſed ſecūdum rationem ...
minatur, ut dicitur in 2. Eth. † Vnde ...
mo dicitur in 4. Eth. † quòd eſt magna...
mus, eo autem quòd ut oportet ...

AD III. dicendum, ꝙ leges ...
ea, quæ ut in pluribus accidunt. ...
erat apud antiquos, ut aliquis ...
K templandæ ab omni delectatione ...
ret, quod ſolus Plato legitur ...
crificauit quaſi hoc peccatum ...
uerſæ opinioni ciuium cedens, ...
dicit.

## ARTICVLVS III.

*Vtrum uirginitas ſit uirtus.*

AD TERTIVM ſic proce...
ditur. Videtur, quòd uirg...
nitas non ſit uirtus. Nulla enim ...
uirtus ieſt nobis a natura, ut Phi...

loſophus dicit in 2. Ethico.* ſed uirginitas ineſt nobis à natura, quilibet.n.mox natus virgo eſt. ergo virginitas non eſt virtus.

¶ 2 Præt. Quicumq; habet vnã virtutem, habet omnes, vt ſupra habitum eſt: ſed aliqui habent alias virtutes, qui non habent virginitatem, alioquin cũ ſine virtute nullus ad regnum cœlorũ perueniat, nullus ſine virginitate ad ipſum poſſet peruenire, quod eſſet matrimonium damnare. ergo virginitas non eſt virtus.

¶ 3 Præt. Omnis virtus reſtituitur per pœnitentiam: ſed virginitas non reparatur per pœnitẽtiam. unde Hieron.* dicit. Cum cætera Deus poſſit, non poteſt virginitatem poſt ruinam reparare. ergo videtur quòd virginitas non ſit uirtus.

¶ 4 Præt. Nulla uirtus perditur ſine peccato: ſed virginitas ꝑditur ſine peccato, ſ. per matrimoniũ. ergo virginitas nõ eſt virtꝰ.

¶ 5 Præt. Virginitas condiuiditur viduitati, & pudicitiæ coniugali: ſed neutrum illorum ponitur virtus. ergo virginitas non eſt virtus.

Sed contra eſt, quod* Ambro. dicit in lib. de virginitate. Inuitat virginitatis amor, vt aliqd de uirginitate dicamus, ne ueluti tranſitu quodam perſtricta uideatur, quæ principalis eſt uirtus.

Respon. Dicẽdum, quòd ſicut ſupra dictũ eſt, * in uirginitate eſt ſicut formale & completiuum propoſitũ perpetuo abſtinendi a delectatione uenerea. Quod quidem propoſitum laudabile redditur ex fine, inquantum ſcilicet hoc fit ad uacãdum rebus diuinis. Materiale autẽ in uirginitate eſt integritas carnis abſque omni experimẽto uenereæ delectationis. Manifeſtũ eſt autem quòd ubi eſt ſpecialis materia boni habens ſpecialem excellentiam, ibi inuenitur ſpecialis rõ uirtutis: ſicut patet in magnificẽtia, quæ eſt circa magnos ſumptus, & ex hoc eſt ſpecialis uirtus a liberalitate diſtincta, q̃ communiter ſe habet circa omnem pecuniarum uſum. Hoc autem quod eſt conſeruare ſe immunem ab experimento uenereæ delectationis, habet quandã excellentiam laudis ſupra hoc, quod eſt conſeruare ſe immunẽ ab inordinatione venereæ uoluptatis: & ideo uirginitas [d] eſt quædam ſpecialis uirtus, habens ſe ad caſtitatem, ſicut magnificentia ad liberalitatem.

Martinum, ꝙ virginitas non ſit virtus, quia virtus ſemper, & in quolibet eſt virtus: ſed virginitas non in quolibet ſemper eſt virtus, ſed quandoq; eſt vitium, vt patet in multis caſibus. ergo &c.
¶Ad hoc breuiter dicitur, quòd de virtutibus, & vitijs non eſt iudicandum ſecundum ea quæ ſunt per accidens, ſed ſecundum id quod eſt ꝑ ſe. Conſtat autem ꝙ virginitas moraliter ſumpta, vt ſcilicet importat propoſitũ perpetuæ incorruptionis ꝓpter Deum, eſt bona moraliter, & ſemper eſt in quolibet, cum importet ordinem rectiſſimæ rationis, quo inferiora ſuperioribus bonis ſubijciũtur, & maxima minoribus prę feruntur. Perinde autem eſt dicere, quòd virginitas non eſt virtus, quia in aliquo caſu peccaret virgo, ac ſi diceretur, quod religio non eſt uirtus, quia in aliquo caſu vacans religioni peccaret, impediẽdo aliud neceſſarium bonum. Dicito ergo, quòd aliud eſt dicere. A. eſt uirtus, ſiue actus uirtuoſus ſimpliciter, & in quolibet, & ſemper: & aliud eſt dicere. A. ſemper & in omni caſu uirtuoſè poteſt exerceri. In primo enim dicto conſideratur habitus, & actus ſecundum ſuam rationem. In ſecundo autem conſiderantur circunſtantiæ, & accidentia circa executionem actus. Conſtat autem quòd multarũ uirtutum actus poſſunt ſic impediri aliquando ab executione, ita quòd licet abſolutè ſint uirtuoſi, ſi tamen tunc fierent, eſſent uitioſi, ut ſi quis celebraret, quando infirmus illius eget uiſitatione, & ſi quis redderet gladium furioſo. Errant igitur forte aliqui in hac re non aduertentes quid uirginitas ut eſt nomen moralis habitus, aut actus importet, propoſitum ſcilicet perpetuæ integritatis propter Deum, ut hic in reſponſione ad ſecundum in litera exprimitur. In hac enim ratione manifeſtè apparet rectiſſimus rationis ordo ſecundum ſe, & abſolutè.

¶Secundum ex Ricardo in 33. diſt. 4. q: uirginitas non eſt uirtus diſtincta à caſtitate, ſicut magnificentia à liberalitate; quia materia uirginitatis, & materia caſtitatis ſe habent ut magis & minus, & non ſicut alterius & alterius rationis, ſicut materia magnificentiæ & liberalitatis; ergo. Et propterea cum dicitur in litera, Vbi eſt ſpecialis materia boni habens ſpecialem excellentiam, oportet addere, aut ſubintelligere, alterius rationis. Et ſic minor eſt falſa. non ualet ergo ratio literæ. Et augetur quæſtio, quia ſi uirginitas eſt, ut in litera dicitur, ſequitur ꝙ uirginitas ſit ſubiectiuè in iraſcibili & caſtitas in cõcupiſcibili, & obiectum illius ſit arduum: iſtius uero bonum abſolute, ut proportionaliter ſe habebant, ut magnificentia & liberalitas: ſed hæc patet eſſe falſa. ergo non ſe hẽt ad caſtitatẽ, ut magnificentia ad liberalitatẽ.

¶Ad hoc dicitur, quòd uirginitas poteſt conſiderari dupliciter. Primò, infra limites temperantiæ pure: & ſic uirginitatis materia eſt materia uirtutis, ſed non diſtinctè a caſtitate, & ſimiliter uirginitas eſt uirtus, ſed non diſtincta a caſtitate. Et ſic bene ſaluatur Ricardus, nec oppoſitum ſenſit author: & hoc concludunt argumenta allata. Nam materia uirginitatis non eſt alterius rationis, ſicut materia magnificentiæ; nec uirginitas eſt circa arduũ, cum non ſit circa actum aliquem iraſcibilis, ſed concupiſcibilis, delectationem ſcilicet uenercam. Si autem conſideretur in ordine ad diuinum obſequium, quoniam uirgo cogitat quæ Domini ſunt &cæt. ſic uirginitatis materia conſtituit materiam ſpecialiter bonam, et alterius rationis a materia caſtitatis: & ſic virginitas ſe habet ad caſtitatem, ut magnificentia ad liberalitatem, nõ quòd ſimilitudo iſta teneat quo ad omnia, ut obiectiones quaſi ſupponunt, ſed quo ad duo ſcilicet, quòd ſicut illæ differunt penes mediocre & magnum, ita iſtæ penes excellens, & mediocre: & ſicut ibi magnum diſtinguitur ſpecie a mediocri, ita hic excellens a mediocri. Sed quo ad rationem diuerſitatis ſpecificæ nõ aſſimilantur: quia ibi magnum diſtinguitur ſpecie, quia ingreditur ordinem arduorũ: hic uero excellens diſtinguitur ſpecie, quia trahitur ad ordinem diuinorum. Vnde patet ꝙ ſolida ſtat doctrina authoris.

Art. 1. huius quæſt.

¶ In reſponſione ad tertium, dubium ex Martino occurrit directe contra authorem hic, arguente in quæſtio. 2. de virginitate, probareque nitente, quòd per pœnitentiam nec materiale, nec formale uirginitatis reparari poteſt. Et primo, quia in quocumque non poteſt eſſe per quãcumque pęnitẽtiam propoſitum ſeruandi integritatem carnis, in eo non poteſt per pęnitentiã reparari formale uirginitatis: ſed corrupta eſt huiuſmodi. ergo. Probatur minor: quia tali non poteſt reparari integritas carnis per pęnitentiam, ut ipſe Thomas fatetur. Secũdo, Virginitas, caſtitas cõiugalis, & caſtitas uidualis formaliter & ſpecifice differunt, ut probabitur: ſed non niſi per hoc, quòd de ratione uirginitatis eſt propoſitum ſeruandæ integritatis, & hoc propoſitum non eſt reparabile per pęnitentiam. ergo. Tertio, quia propoſitum ſeruandi integritatem carnis aut eſt materiale tantum in uirginitate. & hoc non: aut formale tantum, & habeo intentum: aut compoſitum ex utroque, & hoc non, tum quia corrupta credens ſe integram, ſuo errore poſſet reparare ſibi uirginitatem, intendens ſeruare integritatem: tum quia materiale uirginitatis eſt integritas non obiecta uoluntati, ſed inexiſtens carni: ideo, inquit, dico quòd ſunt aliquæ uirtutes per pęnitentiam irreparabiles.

D. 1166.

¶Ad hoc dicitur cum authore, quòd reparatio uirtutum eſt intelligenda, ſicut connexio earundem. Et propterea ſicut decrepitus poteſt eſſe fortis, & pauper magnificus, ita corrupta perſona poteſt eſſe uirgo quo ad formale: ſed formale uirtutis aliter inuenitur coniunctũ ſuæ materiæ, & aliter ſeparatum ab ea: nam cum materia uirtutis ſubeſt, per formale ſimpliciter determinatur. Cum enim abeſt pecunia magna, uirtuoſus magnificentia præditus determinat eam ad ſumptus magnos. Cum autem uirtuoſo pecunia deeſt, nõ pecunia abſolute, ſed pecunia ſi adeſſet, a magnificentia determinatur: & ſimile eſt in alijs. Et ſicut ſaluatur hoc modo in paupere magnificentia formaliter, ita ſaluatur in corrupta uirginitas formaliter ex propoſito integritatis ſeruandæ ſi adeſſet: & hoc ſufficit. Nec requiritur propoſitum ſaluandæ integritatis abſolute ad formale uirginitatis ſeparatum a materia, ſed ad cõiunctum ſuæ materiæ. Et quia huiuſmodi propoſitum patet eſſe reparabile per pęnitẽtiam, ideo patet omnes uirtutes eſſe reparabiles per pęnitentiam quo ad ſuum formale, cum omnes ſint connexæ. Et hoc magis conſonat & ſacræ doctrinæ, ſecundum quam filio prodigo data eſt ſtola prima, & philoſophiæ morali, ſecundum quam qui una caret uirtute, nullam habet. Et per hoc patet ſolutio omnium.

¶ In eodem 3. art. in reſponſione ad quartum, dubium occurrit ex Martino, ubi ſupra dicẽte, quòd hæc concluſio ponitur contra

tra

ra Thomam,ſcilicet, Virginitas nullo uoto firmata eſt uirtus.Et probatur quinque medijs. Primo, quia eſt actus humanus bonus & laudabilis in medietate cōſiſtens. Secundo,quia eſt actus rationi conformis. Tertio, quia eſt actus qui eſt materia voti. Quarto, quia eſt temperantia. Quinto,quia in aliquo caſu uirginitas non voto firmata, eſt laudabilior, quàm uoto firmata. Probatur aſſumptū. Si frater regis Franciç cognoſceret probabiliter, quòd rege ſine hærede decedente, regnum tranſiret ad tyrannū crudeliſſimum, conſultius ageret ſine uoto ſeruare uirginitatem, quàm uouere.

¶ Ad hæc breuiter dicitur, quòd aut rationes iſtæ non militant contra doctrinam authoris, contra quam inducūtur, aut nihil ualēt. Nam ex rationibus iſtis aut intendit concludere quòd uirginitas ſine uoto eſt uirtus, aut quòd talis uirginitas eſt uirtus ſpecie diſtincta a caſtitate. Si primum, nō eſt contra authorem: quoniam gratis omnes fatemur, virginitatis propoſitum eſſe actum caſtitatis. Si ſecundum, rationes nihil ualent.Nam licet concludant, ꝙ ſine uoto virginitas eſt ſub temperantia, & actus uirtuoſus, &cæt.non tamen cōcludunt diſtinctionē ſpecificam eius a caſtitate. Et tamen author ponit uirginitatem nō ad hoc, quòd ſit uirtus, ſed ad hoc, quòd ſit ſpecialis cōtra caſtitatem, uirtus diſtincta, exigere firmitatē voti. Nec huius oppoſitum Martinus probauit: quin etiam reſponſio Martini ad rationem in litera huius argumenti tactam,ſcilicet,Nulla uirtus perditur ſine peccato,nil ualet: dū dicit,quòd omnes uirtutes q̄ ſunt de actibus cadentibus ſub conſilio, perduntur ſine peccato, ut uolūtaria paupertas. Hoc namque nihil ualet,tum quia nulla uirtus eſt,quæ ſit circa conſilia, quin eadem ſit circa præcepta, ut patet diſcurrenti per omnes uirtutes morales,iuſtitiam, fortitudinem,temperantiam,prudentiam,& partes earum.Sed uidetur deceptio contingere:quia aliud eſt loqui de aliquo excellenti actu virtutis,& aliud de ipſa uirtute. Poteſt ſiquidem excellens actus uirtutis omitti abſque peccato, quia excellentia illa eſt in conſilio. Et ſic contingit de actu uirginitatis,& paupertatis uolūtariç, & ſimilibus,nō quòd uirtus aliqua per horum omiſsionem perdatur. Patet autem nullam uirtutem perdi ſine peccato: quia ut in Prædicamentis dicitur, contrarium bono ex neceſsitate eſt malum. Quicquid ergo contrariatur uirtuti, quam conſtat eſſe bonum morale, oportet eſſe malum morale,quod eſt peccatum,ſeu vitium.

Capit. 11. in princ. to. 6.

q. 129. art. 3. ad 2.

¶ Sed contra hanc authoris doctrinam vrgens magnum occur- F rit dubium: quoniam ſi firmitas uoti exigi… uirginitatem in eſſe uirtutis ſpecifice di… conſtet, quòd uotum eſt actus religionis,& … gionis ſpeciem materiam, ſupra quam caſt… uoto, erit quidem diſtincta ſpecifice a caſtit…

Ad primvm ergo dicēdum, quòd homines ex ſua natiuitate habent id quod eſt materiale in uirginitate, ſcilicet integritatem carnis immunem ab experimento uenereorum. Non tamen habent id,quod eſt formale in uirginitate, ut ſcilicet habeant propoſitum ſeruandi huiuſmodi integritatem propter G Deum: & ex hoc habet rationē uirtutis. Vnde * Auguſt. dicit in lib. de uirginitate. Nec nos in uirginibus prædicamus, quòd uirgines ſunt,ſed quòd Deo dicatç pia continentia uirgines ſunt.

Ad secvndvm dicendum, ꝙ connexio uirtutum accipitur ſecundum illud quod eſt formale in uirtutibus, ideſt, ſecundum charitatem, uel ſecundum prudentiam, ut ſupra habitū eſt, * non autem ſecundum id quod H eſt materiale in uirtutibus. Nihil enim prohibet alicui uirtuoſo ſuppetere materiā unius uirtutis,non autem materiam alterius. Sicut pauper habet materiam temperantiæ, non autem materiam magnificētiæ: & hoc modo alicui habenti alias uirtutis deeſt materia uirginitatis, id eſt,prædicta integritas carnis. Tamen poteſt id, quod eſt formale in uirginitate habere,ut ſcilicet ſit in preparatione mentis, prædictæ integritatis conſeruandæ propoſitum, ſi hoc ſibi com- I peteret. Sicut pauper poteſt in præparatione animi habere ꝓpoſitum magnificos ſumptus faciendi, ſi ſibi competeret. Et ſimiliter ille qui eſt in proſperitate,habet in præparatione animi propoſitum aduerſa æquanimiter tolerādi,& ſine hac prçparatione animi non poteſt eſſe aliquis uirtuoſus.

Ad tertivm dicendum, quòd uirtus per pœnitentiam reparari poteſt quantum ad id, K quod eſt formale in uirtute, nō autem quantum ad id, quod eſt materiale in ipſa. Non enim ſi quis magnificus conſumpſerit diuitias ſuas, per pœnitentiam peccati reſtituuntur ei diuitiæ: & ſimiliter ille qui uirginitatem [a] peccando amiſit, per pœnitentiam non recuperat uirginitatis materiam, ſed recuperat uirginitatis propoſitum. Circa materiam autem uirginitatis eſt aliquid, quod miraculoſe reparari poterit diuinitus, ſcilicet integritas membri, quā dicimus accidētaliter ſe ad uirginitatem habere. Aliud autem eſt,quod nec miraculoſe reparari poteſt, ut ſcilicet quòd qui expertus eſt uoluptatem uenereum, fiat non expertus. Non [d] enim Deus poteſt facere, ut ea quæ facta ſunt, non ſint facta,ut in primo * habitum eſt.

Ad qvartvm dicendū, quòd uirginitas, ſecundū quod eſt uirtus, importat propoſitum uoto firmatum integritatis perpetuo ſeruandæ. Dicit enim * Auguſt. in lib. de uirginitate, quòd per uirginitatē integritas carnis ipſi creatori animæ & carnis uouetur, conſecratur, ſeruatur. Vnde [c] uirginitas ſecundum quòd eſt uirtus, nunquàm amittitur niſi per peccatum.

Ad qvintvm dicendum, ꝙ caſtitas coniugalis ex hoc ſolo habet laudem, quòd abſtinet ab illicitis uoluptatibus: unde non habet aliquam excellentiam ſupra communem caſtitatem. Viduitas autem addit quidem aliquid ſupra caſtitatem communem: non tamen peruenit ad id quod eſt perfectum in materia iſta, ſcilicet,ad omnimodam immunitatem venereç uoluptatis, ſed ſola uirginitas. Et ideo ſola uirginitas ponitur uirtus ſpecialis ſupra caſtitatē, ſicut magnificentia ſupra liberalitatem.

catum luxuriæ in uidua ſit grauius, quia … tamen diſtinguitur ſpecie, cum … lis uirtus, cui huiuſmodi luxuria oppo… non habere diſtinctionem ſpecificam … ta eſt a uiri lege.

¶ In eadem reſponſione dubium ex Martino … ſtione de uiduitate occurrit, … uirtus diſtincta ſpecie a uirginitate, & … quidem quòd ſit uirtus, probat: quia … mediate conſiſtens determinata ratione … ſpecie ab alijs, probatur: quia habet … Nam obiectum uirginitatis eſt integritas … duitatis eſt continentia perpetua.

¶ Ad hæc breuiter dicitur, quòd uiduitas …

ſed ſtatus continentium. Claudit autem in ſe virtutem caſtitatis & dicit perfectiorem gradum caſtitatis, quàm caſtitatis coniugalis. Omnis tamen huiuſmodi caſtitas ſub vna caſtitatis uirtute comprehenditur. quod probatur ex eo, quòd numquàm peccatur, niſi cōtra virtutem caſtitatis agatur. Vidua enim ſi nubit, nō peccat. Nulla autem virtus ſine peccato perditur. Et licet hoc Martinus negauerit, a ueritate tamē act⁹, immemor ſuæ negationis aſſeruit poſt in q.1. de luxuria, concluſione tertia, aſſerē do quòd nihil deijcit animum a ſtatu uirtutis, niſi peccatum. Et per hoc pobat, ꝙ non omnis actus uenereus deijciat animū a uirtute, quamuis deijciat ab arce & excellentia perfectionis.

¶ Ad obiectionem ergo in oppoſitum cōceditur, ꝙ viduitas eſt uirtus caſtitatis, ſeu claudit illam: caſtitas enim ſufficit ad medietatem eligendam in vidua.

¶ Ad ſecundum uero dicitur, quòd non quæcumq; diſtinctio obiectorum, ſed ſola formalis in eſſe morali, hoceſt, in ordine ad rationem, diſtinguit ſpecie uirtutem a uirtute. Seruare autem ſe immunem ab illicita delectatione uenerea, quod pertinet ad caſtitatem, & ſuper hoc nolle licitis uenereis delectationibus ſe immiſceri, quod addit uidualis caſtitas, non diſtinguuntur formaliter: ſed ſicut actus neceſſarius, & actus ſupererogationis ſub eadem formali ratione qua perſona circa uenereas delectationes recte ſe habet. Plus enim, ut in litera dicitur, exigitur ad conſtitutionem ſpecialis uirtutis, quàm aliquid plus dignitatis, ſeu excellentiæ habere.

## ARTICVLVS IIII.

*Vtrum uirginitas ſit excellentior matrimonio.*

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd uirginitas nō ſit excellētior matrimonio. Dicit enim * Auguſt. in lib. de bono coniugali. Non impar meritum eſt continentiæ in Ioanne, qui nullas expertus eſt nuptias, & in Abraham, qui filios generauit: ſed maioris uirtutis maius eſt meritum. ergo uirginitas nō eſt potior uirtus, quàm caſtitas coniugalis.

¶ 2 Præt. Ex uirtute dependet laus uirtuoſi. Si ergo uirginitas præferretur continentiæ coniugali, uidetur eſſe conſequens, quòd quælibet uirgo eſſet laudabilior qualibet coniugata: hoc autem eſt falſum. ergo uirginitas non præfertur coniugio.

¶ 3 Præt. Bonum commune potius eſt bono priuato, ut patet per Philoſoph. * 1. Ethic. ſed coniugium ordinatur ad bonū commune. dicit enim † Auguſ. in lib. de bono coniugali. Quod eſt cibus ad ſalutem hominis, hoc eſt concubitus ad ſalutem humani generis: uirginitas autem ordinatur ad bonum ſpeciale, ut ſcilicet uitēt tribulationem carnis quam ſuſtinent coniugatæ, ſicut patet per Apoſt. 1. ad Corinth. 7. ergo uirginitas non eſt potior continentia coniugali.

SED CONTRA eſt, quod dicit * Auguſ. in lib. de uirginitate. Certa ratione, & ſanctarum ſcripturarum authoritate nec peccatum eſſe nuptias inuenimus, nec eas bono aut uirginalis continentiæ, uel etiam uidualis æquamus. (Cap. 19. in fi. tom. 6.)

RESPON. Dicendum, quòd ſicut patet in lib. * Hieron. contra Iouinianum, hic error fuit Iouiniani, qui poſuit uirginitatem non eſſe matrimonio præferendam. Qui quidem error precipuè deſtruitur & exemplo Chriſti, qui & matrem uirginem elegit, & ipſe uirginitatem ſeruauit, & ex doctrina Apoſtoli, qui 1. ad Corinth. 7. uirginitatem conſuluit tamquàm melius bonum. Et etiam ratione, tum quia bonum diuinum eſt potius humano bono: tum quia bonum animæ præfertur bono corporis, tum etiā quia [d] bonum contemplatiuæ uitæ præfertur bono actiuæ. Virginitas autem ordinatur ad bo- (Li. 1. non remote a princip. tom. 3.) (D. 1185.)

### ¶ Super Quæſtionis centeſimęquinquageſimęſecundæ Articulum quartum.

IN art. 4. eiuſdem q. in reſpōſione ad primum, dubium ex Martino in q. 3. de uirginitate occurrit dicente. Iſta ſolutio non mihi uidetur rationabilis, tum primo, quia Abraham numquam habuit coniugium in opere, & uirginitatem in præparatione animi, cum nihil habeamus in præparatione animi, niſi quod eſt nobis poſſibile, niſi apud inſipientes. Nec iuuat inducta Auguſtini authoritas: quia non dicit, quòd Abraha habuit uirginitatē in habitu, ſed continentiam, uel cælibatum, qui etiam uiduis conuenit. Tum quia habere aliquam uirtutem in actu & opere multo perfectius eſt, quàm habere eam ſecundum præparationem animi: ſed Ioannes habuit uirginitatem in opere, & Abraham in ſola præparatione animi. ergo.

¶ Ad euidentiam horum aduerte, quòd author non æquat opus coniugij operi uirginali: ſed adæquat meritum continentiæ Abrahæ merito continentiæ virginalis Ioannis Baptiſtæ. Hæc autē conſtat diſtare ualde. Vnde in principio reſponſionis author dicit, quòd meritum non ſolum penſatur ex genere actus, ſed magis ex animo operantis. Per hoc enim qđ dixit ex genere actus, denotauit primam inæqualitatem. Nam ex genere operis uirginitas præſtat continentiæ coniugali. Per hoc uero quod ſubdit, Sed magis ex animo operantis, denotauit adæquationem ſecundo loco dictam quo ad præmium ſubſtantiale.

¶ Ad primam igitur Martini obiectionem dicitur, ꝙ Abraham habuit ſemper uirginitatem in præparatione animi. Nec eſt uerum quòd ſolum id quod eſt poſsibile nobis, habeamus in ani-

A mi præparatione, cum ſenex impotens pertinax in luxuria, habeat in præparatione animi adulteria, ſtupra &c. ſi poſſet. Et ſicut inimicus alicuius, quàmuis priuatus manibus, omnique ſpe occidendi inimicum, habeat animum præparatum occidendi illum ſi poſſet, & ſic de alijs. Et ſicut iſti quo ad damnum, & pœnam ſenſus ſubſtantialem ſunt ita rei ſicut adulteri, & homicidæ, & forte plus iuxta animi maiorē ardorem ad hæc: ita Abraham uirtuoſus priuatus propter neceſſariā cauſam exercitio uirginitatis, perſeuerabat in præparatione animi ad uirginitatem, ſi eſſet conueniens tunc. Authoritas quoque Auguſt. allata adiuuat: quoniā cōtinētia ibi ab Aug. pro continentia tollente coniugium ſumitur, quam conſtat eſſe uirginalem ſolā. Vidualis enim non ſimpliciter, ſed poſt tempus tollit coniugium. Patet autem Auguſtinum ſic accipere ibi continentiā: quia loquitur de ea, quam nō habebat in opere Abraham, ſed in animo, & Ioannes in opere.

¶ Ad ſecundum autē dicitur, ꝙ licet quantū ad bonitatem ex genere actus, & pœnes præmium accidētale plus ſit habere uirtutem in opere, quàm in ſola præparatione animi, tamen quantum ad bonitatē meriti ex animo operantis, & quantum ad meritum ſubſtantiale non oportet quòd ſit plus, ſed quandoque eſt minus, ut patet ex dictis: & ideo ratio nihil ualet.

D ¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli, dubium ex Martino, ubi ſupra, occurrit dicente, Hæc ſolutio non placet mihi. Et uidetur concedendum, ꝙ multiplicatio, ſiue conſeruatio ſpeciei humanæ eſt ſimpliciter melior, quàm contemplatio diuinorum quantumcumque ſint diuerſorum generum. Si enim finis uirginitatis eſſet melior ſimpliciter quàm finis coniugij, uideretur quòd propter conſeruationem humanæ ſpeciei non eſſet deſerenda uirginitas, etiam firmata uoto, nec pro pace unius regni poſſet Papa diſpenſare, quia diſpenſatio non fit niſi propter melius: hoc autem eſt error.

¶ Ad hoc dicitur, quòd comparatio rerum in bonitate non eſt conſideranda ſecundum caſus aut euentus, ſed abſolute. Conſtat autem ſecundum omnes, quòd bonum animæ præfertur bono corporis, & quòd contemplatio diuina eſt magnum animæ bonum, multiplicatio autem hominum per generationem, corporale bonum ſecundum ſuum genus eſt. Generatio ſiquidem carnalis carnale bonū directè facit, iuxta illud Ioannis 3. Quod E natum eſt ex carne, caro eſt. Igitur optimè author dixit, quòd finis uirginitatis ſecundum genus ſuum, eſt ſimpliciter melior, quàm multiplicatio hominum, quæ eſt finis coniugij.

¶ Ad obiectionem autem Martini, negatur utraque ſequela. Prima quidem, quia in caſu, quo ſpeciē humanam oporteret cōſeruari, præceptum iuris naturæ præualeret uoto uirginitatis, & ſic ſimpliciter melius eſt philoſophari quàm ditari: tēpore tamen neceſsitatis oppoſitum agendum eſt. Ita licet ſimpliciter melior ſit uirginitas matrimonio, tempore tamen neceſsitatis melius eſt nubere. Secunda autem quia in pace unius regni nō tenditur ad bonum temporale tantum, ſed ab bonum ſpirituale, uirtutum ſcilicet in regno, quæ diſcordijs, ſeditionibus, belliſque impediuntur, tolluntur. Et uniuerſaliter dicitur, quòd diſpenſatio poteſt fieri non ſolum propter melius ſecundum ſuum genus, ſed propter melius ex circuuſtantia, puta hic, in tali euentu.